



Lingva Avrea Christianorvm

Ruben, Leonhard

Padibornae, 1606

Capvt 9. Lingua loquacis vt ignis inflammat, & odibilis est, nec non onus graue sibimetipsi imponit, quòd & exemplo cuiusdam mulieris docetur.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-56433](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-56433)

CAPVT IX.

Lingua loquacis vt ignis inflammat, & odibilis est, nec non onus graue sibi metipsum imponit, quod & exemplo cuiusdam mulieris docetur.

Vt ignis in flamat

Linguae malitia.

PRimum, hic ponitur periculum perpetui quasi incendij labijs, & lingua loquacis & impudens. Vnde dicitur, Prou. 16. 27. *Vir impius fodit malum, & in labijs eius ignis exardescet.* Quod clarius Dominus, Iacobus Apostolus, cap. 3. 5. 6. 7. 8. huiusmodi verbis explicat. *Ecce quantus ignis quam magnam syluam incendit? lingua ignis est, vniuersitas iniquitatis. Lingua constituitur in membris nostris, quae maculat totum corpus, & inflammat rotam natiuitatis nostrae, inflammata à gehenna. Omnis enim natura bestiarum, & volucrum, & serpentium, & ceterorum domantur, & domita sunt, à natura humani ingenij. Linguam autem nullus hominum domare potest, inquietum malum, p*

nam veneno mortifero. Ad quæ ver-
 ba alludens D. Chrysoſtomus ho-
 mol. 9. operis imperfecti in Mat-
 thæum, inquit. Sicut ignis de modi-
 ca ſcintilla magnum conflat incē-
 dium; ita & ſermo malus de leui
 occasione magnam ſuccendit ini-
 micitiam, Hæc ille. Rectiſſimè er-
 gò dicitur Eccleſiaſt. 20. 15. de ho-
 mine inſipiente. *Apertio oris illius
 inflammatio eſt.* Hæc inflammatio
 ſcintillam ſumpſit ex naſo, ore, &
 habitu diaboli, qui ſcilicet ex ore
 Behemoth egreditur: quem de-
 ſcribens Iob 4. 9. 10. 11. 12. inquit;
*Sternutatio eius ſplendor ignis: & ocu-
 li eius, vt palpebra diluculi. De ore
 eius lampades procedunt, ſicut reda
 ignis accenſa. De naribus eius proce-
 dit fumus, ſicut olla ſuccenſa atq; fer-
 ventis. Halitus eius prunas ardere fa-
 cit, & flamma de ore eius egreditur.*
 Hinc etiam, vt eſt Eccleſ. 23. 23.
Anima calida quaſi ignis ardens non

Halitus
 tus
 diabo-
 li.

extinguetur donec aliquid glutiat; homo nequam in ore carnis suae non desinet donec incēdat ignem. Id quod in omnibus susurrionibus & detractionibus plus æquo cernitur.

ex Prou. 18. 6. patet, vbi dicitur Labia stulti miscent se rixis, & os eius iurgia prouocat. Ab his omnibus liber est, qui linguam cohibere didicit.

Odibilis loquacitas.

Alterum hoc loco est, quod huiusmodi homines sunt odibiles. Nam vt est Ecclesiast. 9. 25. *Terribilis est in ciuitate sua homo linguosus & temerarius in verbo suo odiosus erit.*

Iugum Domini abijcit.

Tertiū est, quod sic iugum Domini suaue & onus leue abijciunt. Silentium siquidem onus leue est. Matth. 11. 30. vnde lætitia nobis conciliatur iuxta id; Psal. 106. 30. *Lætati sunt quia siluerunt. Cuius lætitiæ argumētum vide in Pambone Abbate infra capit. 42. num. 3. Atque onere loquacitatis inquit Ieremias*

capit. 23. 36. *Onus Domini ultra non memorabitur, quia onus erit unicuique sermo suus: quia peruertistis verba Dei vivetis, Domini exercituum Dei nostri.* Hoc onus est vnum ex istis oneribus de quibus Isai. 46. 1. *Onera vestra graui pondere usque ad lassitudinem.* Hinc Vincentius libr. 3. Moral. dist. 3. parte prima, refert de quodam qui vxorem habuit admodum garrulam, lingua grauem ad tollerandum, quam vir eius in naui & in mari habebat itineris fociam. Ex orta vero tempestate cum ad subleuandum nauem nauta preciperet, vt quisque onera grauiora e naui proijceret, vir eius exhibuit vxorem in mare mittendam, dicens; in tota naui non esse aliquod onus lingua vxoris suæ grauius. A quo onere facili negotio se expediunt, qui vitam ccelibem extra iugum matrimonij transigunt.

*Vxor
garru
la onus*